

est, vt nō secundariō, sed principaliter & essentialiter dicant respectum, vt in hoc distinguuntur relatiua secundū dici a relatiuis secundū esse. Constat igitur quis sit sensus vtriusque definitionis.

Quantum ad secundū aduerte, quōd sub ad aliquid, vt est genus generalissimū, assignantur tria genera subalterna, q̄ dicuntur relatio æquiparantia, relatio superpositio- nis, relatio suppositionis, & sic describuntur.

Relatio æquiparantia est illa, quæ in vtroque extremo denotat æqualitatem, ita quōd neutriū vt sic excedit alte- rū nec excedit, species huius generis sunt vicinitas, simi- litudo, amicitia, æqualitas, & ad denotandum huiusmodi æqualitatem solent relatiua æquiparantia nominari eodē nomine cū suis correlatiuis, quia fundantur super eandē formā simul cum suis correlatiuis, vt duo albi, dicuntur similes, duo eiusdem quantitatis dicuntur æquales, duo in mutua dilectione dicuntur amici.

Relatio superpositio nis est illa, q̄ in suo relatiuo deno- tat maioritatem super correlatiuum, vt paternitas in patre super filium, dominiū in domino super seruum. Vnde rela- tiua superpositio nis dicitur respectū excedentis ad excel- sum, i. maioris ad minus. Superponitur enim maioris mi- nori, vt pater filio, dominus seruo, magister discipulo.

Relatio suppositionis est illa q̄ in suo relatiuo denotat minoritatem erga suum correlatiuum, vt filiatio in filio erga patrem, & seruitus in seruo erga dominum. Vnde rela- tiua suppositionis sunt illa quorū significata indigniora sunt significatis correlatiuorū, vt seruus, filius, discipul⁹. est em̄ filius natura inferior patre, & seruus domino, &c.

Species relationis æquiparantia dictæ sunt, species aut relationis superpositio nis sunt duplum ad dimidium, tri- plum ad duplum, & sic ascendendo in numeris, dominus ad seruū, pater ad filium &c. Species aut suppositionis su- muntur e conuerso, vt dimidium ad duplū, duplum ad tri- plum, seruus ad dominum. Et aduerte q̄ hic non sumuntur superpositio & suppositio secundū sub & supra in li- nea prædicamentali, aliter vnū prædicaretur de altero, pu- ta q̄ seruus est dominus, quod est impossibile. Sed sunt ut- que secundū sub & supra in maiortate & minoritate, ideo vnū non prædicatur de altero, sed opponitur alteri oppo- sitione relatiua, de qua dicemus infra. Constat igitur tibi q̄ sint genera subalterna & species in ad aliquid. De mo- dis aut relatiuorum non est præsentis negotij pertractan- re, sed spectat ad librum quintum Metaphisicæ.

Quantum ad tertium agendum est de cōmunitatibus & proprietatibus relatiuorū. Et hic duo agenda sunt, pri- mō declarandæ sunt cōmunitates & proprietates eorum quæ sunt quatuor, secundō assignandæ sunt duo corrolaria & declaranda.

Prima, quæ est cōitas, est hæc, Contrarietas est in rela- tione, nam virtus contrariatur vicio, & scientia ignoran- tiæ. Sed hæc sunt in relatione, refertur em̄ virtus ad opus virtuosum & viciū ad opus vitiosum, & sciētia ad scibi- le, & ignorantia ad ignoratum, ergo constat quōd contra- rietas est in relatione. Aduerte quōd dicitur cōmunitas, quoniam non conuenit illi relationi, continet enim qua- litati, vt dicemus in cap. sequenti. Item non conuenit omni relationi, quoniam neque duplo neque triplo est aliquid contrarium. Est ergo cōmunitas.

Sed aduerte, q̄ hæc cōmunitas indiget multa decla- ratione. Primō magis seruat in relatiuis secundum dici quam secundum esse Cuius signum est, quōd Aristot. ex- plicat de relatiuis secundum dici qualia sunt, virtus & viciū, scientia & ignorantia. Secundō, hæc cōitas est ve- ra non ratione ipsorum respectum, sed ratione fundamē- torū. Nam quia virtus & viciū sunt qualitates oppositæ, super quas fundatur duo respectus, vnus super virtutē ad actū virtuosum, alter super viciū ad actū vitiosum, ideo dicitur q̄ in relatione esse contrarietas. Tertiō aduerte q̄ duo relatiua opponuntur relatiuē & contrariē. Relatiuē quidē, vt comparantur ad sua correlatiua. Contrariē autē ratione fundamentorum, quæ sunt qualitates contrariæ. Quarto aduerte circa exemplū datum de scientia & igno- rantia, quōd ignorantia non contrariatur scientia nisi sit ignorantia erronea, vt præferuem ignorantiam sin- plicis negationis: qualis est in idiota. Hæc enim non contrariē, sed priuatiuē opponitur scientiæ, vt declarabitur tibi in postprædicamentis. Hæc de prima cōitate dicta sunt.

Secunda, quæ est cōmunitas, talis est, Relatiua susci-
Lauel. Tom. j.

piunt magis & minus, vt aliqua duo dicuntur magis simi- lia, quā alia duo. Verbi gratia duo calida intēsa, sunt ma- gis similia quā intensum calidū & remissum calidū. Præ- terea linea cubitalis & bicubitalis sunt minus inæquales quam cubitalis & decem cubitorū. Hæc autem est cōmunitas quia non soli relationi conuenit. Nam conuenit qualitati. Item non conuenit omni, non enim conuenit re- latiuē denominatis à numero, vt duplo, triplo & quadru- plo. Cōsistunt em̄ in indiuisibili sicut & numeri. Sed aduer- te quod hæc cōitas non verificatur de relatiuis nisi pro- pter fundamēta. Nā si fundamēta nō suscipiunt magis & minus, nec etiam relatiua. Vñ, quia qualitates fundantes similitudinē & dissimilitudinē suscipiunt magis & minus, putā quia in vno extremo est perfectior albedo, in alio autē parū imperfectior, dicuntur dissimilia. Si autem in alio sit adhuc imperfectior dicentur magis dissimilia, ex quibus pa- tet, q̄ contrarietas, & intentio & remissio nō conueniunt per se, sed per illud relatiuis Soli autē qualitates conueniunt primō & per se, vt tibi declarabitur in cap. sequenti.

Sed dices, Aristotel. vult quōd in æquale sicut dissimile suscipiat, magis & minus, sed in æquale fundatur in quæ- sitate, de qua diximus in cap. præcedētī, quod non suscipit magis, ergo in æquale nec per se, nec ratione fundamēti suscipit magis & minus.

Respondetur q̄ suscipit magis & minus ratione fundamēti. Nam licet quantitas vt quantitas denominetur à numero, & non suscipiat magis & minus, tamē non inco- nuenit quantitati nō denominatæ à numero suscipere ma- gis & minus, vt declarabimus in 4. Physicorum in cap. de vacuo in quæstionibus nostris. Ven dicendum quōd quan- titas suscipit magis & minus extensiuē, sicut qualitas in- tensiuē; & hoc sufficit ad saluandum q̄ relatiua suscipiant magis & minus. Hæc de secunda cōmunitate dicta sunt.

Tertia, quæ est proprietates, talis est, Relatiua dicitur ad conuertentiam, vt pater, filij pater, & filius, patris filius, Pro cuius noticia declarandū est quid sit cōuertentia, & quid dici ad conuertentiam. Tu igitur aduerte, q̄ differētia est inter cōuertentiam & cōuertibilitatē, & cōuersio- nem. Nā conuertentia est mutua deponētia duorū cor- relatiuorum in aliquo casu, putā in genitiuo vel datiuo vel ablatiuo, & dici ad conuertentiam est aliqua referri in- ter se secundū mutuum deponēntiam in aliquo casu, pu- ta pater dicitur ad filiū per conuertentiam, quia pater est filij pater, & conuerso filius est patris filius. In datiuo au- tem dicuntur relatiua æquiparantia ad conuertentiam, vt æquale est æquali æquale, simile est simili simile. Amic⁹ est amico amicus, &c. Et in hoc sensu cōuertentia est prop- rietas vera relatiuorū, quia non conuenit alicui absoluto, vt absolutum est. Conuertibilitas autē est æqualis duorum terminorum conuertibilium verificatio. Sunt autem ter- mini conuertibiles, qui mutuo de se inuicē & æquē ample verificant, huiusmodi sunt subiectum & propria passio, vt homo & risibile, Diffinitio & diffinitum, Species & differētia specifica, vt homo & rationale. Nā de quocunq; prædicatur vnū prædicatur alterum, & de se mutuo præ- dicantur. Et ab vno ad alterum, & conuerso in se subsisten- do valet cōsequētia: nā bene sequitur, Homo est, ergo ri- sibile est, ergo rōnale est, ergo animal rationale est. Et hæc non est proprietates relatiuorum, sed potius terminorū in- complexorum conuertibilium. Conuersio autem est trans- mutatio prædicati in subiectum & conuerso, & est propo- sitionū & non terminorum, vt supra docuimus agētes de cōuersionibus propositionum categoriarum. Cōstat igitur tibi quid sit relatiua dici ad conuertentiam.

Quarta est proprietates, quæ talis est, Relatiua sunt simul natura, ita q̄ posito vno, ponitur reliquum, & remoto vno remouetur reliquum. Neq; enim est intelligibile quōd po- natur pater & non ponatur filius, aliter non dicerent ad conuertentiam, neq; est imaginabile quōd ponatur duplū & nō ponatur dimidium, respectū cuius dicitur dimidiū.

Sed aduerte q̄ hæc proprietates requirit duas conditio- nes, primō q̄ sumantur relatiuē, & non quantum ad corū fundamēta, nam quantum ad eorum fundamēta, nō in- conuenit vnū esse prius, alterum posterius, vt pater & filius ratione qua sunt homo. In ratione autem generantis & geniti sunt simul natura, quoniam generans est alicuius geniti generans, & genitum est ab aliquo generante geni- tum. Secundō oportet q̄ intelligatur simul natura actū vel potentia. Quod dico propter relatiua sui dici, qualia
f sunt